

## PRÆFATIO.

artifices eorum examina, dummodo cen-  
sendi regula una adhibeatur; non est,  
quod quis ab ista parte maximopere me-  
tuat. Bonis & dignis consultum volu-  
mus; non malis & indignis. Bona de-  
dimus, quænon, nisi à prudenti & cir-  
cumspecto medico, usurpentur, attestar-  
mur. Et quamvis mens etiam præsagi-  
at, non omnibus gratum fore hocce opus-  
sculum, à mendis suis restitutum & au-  
ctum; quid cum? Non moramur calu-  
mniatorum convitia & maledicta, modo  
proximi nostri, cuius utilitati & commo-  
do devincti sumus, salutem ac valetudi-  
nem, quantum in nobis est, prorogemus  
& promoveamus.

Proin si quid est, Lector candide,  
in totâ Medicinâ laude & commenda-  
tione dignum: inventio certè novorum  
remediorum, iucunditatem ac suavita-  
tem ægris, nec ullum tedium, præbentium,  
præferenda: quorum licet quam mini-  
ma sit dosis, ut pote cùm major copia ægris  
sit tediosa & fastidii plena; attamen  
que